

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1866**

De S. Palmato, Maxentio, Constantio, Crescentio, Justino, Leandro,  
Alexandro, Sotere, Ormisda, Papirio, Constante Et Joviano MM.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

AUCTORE  
J. B.

## DE SS. PALMATIO, MAXENTIO, CONSTANTIO, CRESCENTIO, JUSTINO, LEANDRO, ALEXAN- DRO, SOTERE, ORMISDA, PAPIRIO, CONSTANTE ET JOVIANO MM.

### TREVIRIS IN GALLIA BELGICA

#### SYLLOGE.

SUB DIOCLETIANO ET MAXIMIANO.  
De his sanctis Martyribus jam actum est

**M**artyrum Trevirensium sub Diocletiano et Maximiano apud Treviros ob Christi fidem a Rictio Varo intersectorum Acta tom. 2 Octobris ad diem vi ejusdem mensis a pag. 330 universim commentatus sum; quorum cum pars fuerint S. Palmatius illiusque Socii, Actaque nacti sint cum ceteris martyribus Trevirensibus communia, necesse non est illuc dicta repetere. Laudatum itaque Commentarium, et huic subnexum Annotatum Acta aeadat, qui horum Martyrum sive martyrii, sive inventionis, sive denique cultus uberiorem notitiam cupit: pauca tantum hic adducam, que S. Palmatio et Sociis peculiaria sunt. *Varia Martyrologia recentiora* (antiquis enim, ut Romano Parvo, Bedæ, Adoni, Usuardo, hi Martyres noti non sunt) dedi Commentarii ad Acta Martyrum Trevirensium prævii § primo: id Sanctis, de quibus nunc agimus, præ ceteris peculiare est, Baronium partim ipsos Martyrologio Romano nominatum inseruisse, et quidem ita, ut in duas classes distracterit; haunque alteram ad diem v Octobris, alteram ad xii Decembris consignarit. Priore loco sic legitur: Treviris sanctorum martyrum Palmatii et Sociorum, qui in persecutione Diocletiani sub C. Rictiovoro præside martyrum subierunt.

**C.** Quos hic Palmatii Sociorum nomine Baronius intellezerit, non expressit; verum id partim ex Sigeberto, quem laudat in Annotatis, partim ex iis, que ad diem xii Decembris scriptis, non difficulter colligi potest: nam Sigebertus ad annum 1071, præter eos, quorum Baronius ad diem xii Decembris mentionem facit, Ormisdam recenset, Papirium, Constantem, et Jovianum; quos ad diem v Octobris Palmatio jungere censendus est, ne eamdem martyrum classem bis memorasse dicatur. Ad diem autem xii Decembris sic habet Martyrologium Romanum: Treviris sanctorum martyrum Maxentii, Constantii, Crescentii, Justinii et Sociorum, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiovoro præside passi sunt. Ne vero dubites, quinam fuerint horum Martyrum Socii, hæc addit Baronius in Annotatis: Non tantum hi tres clarissimi ejus civitatis senatores tunc passi sunt: sed et quatuor alii, quorum hæc nomina, Justinus, Leander, Alexander et Soter. De quorum corporum inventione agit Sigebertus in Chronicô anno Domini M.LXXI. At cur Baronius in duas classes illos Martyres divisit? Exi-

stimavit ille plures Christianos aliunde Trevirim ad Rictium Varum aliisque temporibus fuisse adductos suppliciis affectos; Quos omnes, inquit tom. 2 Annalium ad annum 303, num. 124, Dei Ecclesia unius commemorationis fasce conjunxit anniversaria solemnitate pridie Nonas Octobris. Quapropter Palmatum, Ormisdam, Papirum, Constantem et Jovianum secererit Baronius a reliquis, hisque dies xii Decembris ex mero Martyrologii Romani reformatorum arbitrio fuerit assignatus, licet contra fidem monumentorum Trevirensis ecclesie, et veterem loci traditionem, ut Commentarii ante laudati num. 91 dictum est; at his tutius creditur; maxime, cum Sanctos nostros diversis temporibus passos fuisse nullus, quod sciam, veterum dixerit, nec simultanea eorum passio Trevirensis ecclesie sub Diocletiano et Maximiano statui adversari videatur, ut § iv ibidem fusi exponui.

3 Martyrum Trevirensium inventio, anno 1071 hic ibidem dicitur

vel proxime sequenti facta, descripta est ex auctore equali tom. 2 Octobris pag. 376 et duabus seqq. De illorum reliquiis late dispersis egi ibidem a pag. 367, §§ xi et xii: nominatum vero de S. Palmatii reliquiis pag. 353, num. 90 mentionem feci. Pauca de his modo addenda. Hontheimius Historiae Martyrum Trevirensium § xvi de S. Palmatii reliquiis hæc scribit: Os brachii F hujs S. Martyris, tumba exemptum, in theca servat collegiata S. Paulini: caput non habet eadem: nec reperietur hoc in ejus sarcophago: cum enim annis abhinc duodecim circiter curiosiores quidam studiosi universitatis sarcophagum aperirent temere, visa sunt ossa paucula cum cineribus, et tabula, in qua scriptum: « Ossa et cineres S. Palmatii consulis et martyris. » Recte illustrissimus æque ac doctissimus auctor: nam potiorem corporis S. Palmatii partem Carolus IV imperator et Bohemia rex, sanctorum pignorum studiosissimus, jam inde ab anno 1356 dono acceptam, deferri Pragam voluit; qua de re illustrissimus Pessina Samandriensis in Hungaria episcopus Phosphori Pragensis pag. 519 in reliquiarum in S. Viti Pragensi metropolitana ecclesia asservatarum Indice scribit: v (Octobris) S. Palmatii Trevirens. M. brachium et pars cap. cuius corpus attulit Carol. IV Treviri; et hasce partes donavit ecclesiae Prag. Reliquum in templum honori ejus sancti M. dicato Carlsteinæ reposuit, ubi hodieque servatur.

4 Autographum donationis servatur in arce Carel-

AUCTORE  
J. B.

*A Carelsteinensi, cuius hoc apographum habemus :*  
*de S. Palmati reliquis* Nos Boëmundus Dei et Apostolice Sedis gratia sanctæ Trevirensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Galliam et regnum Arelatense archicancellarius, nec non præpositus decanus, et capitulum ecclesiæ S. Paulini extra muros civitatis Treverensis in Campo Martio situatae, ad universorum notitiam volumus tenore præsentium pervenire, quod cum serenissimus et invictissimus princips et dominus dominus Carolus IV divina favente clementia Romanus imperator semper augustus et Boëmia rex, dominus generosus post susceptas ab eo sacras imperiales infulas, ad urbem Treverensem primitus accessisset, et a nobis devoto animo postulasset, ut corpus sanctissimi martyris Palmati, qui consul et patritius ejusdem urbis Treverensis olim extitit, et a Ricciovaro urbis Romaniae praefecto, Maximiano imperatore jubente, cum beato Tyrso duce legionis Thebae ejusdemque sociis, fuit pro fide Catholica et sancto Christi nomine apud eamdem urbem Treverensem in Campo Martio decollatus et in dicta S. Paulini ecclesiæ honificè tumulatus, ubi etiam multitudo fidelium ejusdem sancti martyris Palmati corpus omni tempore devote ac humiliter studuit venerari, et veneratione debita visitare, eidem domino, domino nostro imperatori, exhumatum dare vellemus.

in Bohemia

*B* *5 Nos diligenter consideratione, consilio et tractatu super hoc habitis, etsi tantum ecclesiæ prædictæ thesaurum alienari a nobis, cordibus nostris anxiū nimis existet, tanti tamen principis ac domini tam devoitum tamque ferventibus desideris resistere non valentes, unanimi voluntate pariter et consensu monumentum, quo quondam corpus ipsum positum fuerat, in ejusdem domini domini nostri imperatoris præsencia, lapidibus, qui advoluti fuerant, revoluti, aperiri concessimus, idemque corpus ei donavimus, partim in ossibus, magis autem incineratum et in pulverem iam redactum, duobus dumtaxat ossibus et paucis corporis ejusdem cineribus in ipso tumulo, dicto domino nostro, domino imperatore consentiente, iterato repositus, et in ejusdem sancti Martyris memoriam pro memorata S. Paulini ecclesia reservatis. Ne autem de his ullo tempore dubium aliquod oriantur, praesentes litteras ad requisitionem sæpe dicti domini nostri fieri fecimus, et signorum nostrorum appensione muniri.*

servatis

*C* *6 Testes autem, qui sepulcri ipsius apertione, sacri corporis antedicti exceptioni ac donationi interfuerunt, sunt hi : Venerabilis in Christo PF dominus Johannes Luthensis (sic mihi hic scriptum videtur; sed apud Pessinam pag. 444 in diplomate Caroli anni 1354 dicitur Lithomislenensis) episcopus, sacre imperialis aulae cancellarius, illustres principes, dominus Boleslaus Falkenbergensis, et Bolco Tessenensis, duces spectabiles viri domini Burchardus comes Magdeburgensis magister curiae imperialis, et Albertus comes de Anhalt et multi ali prælati et clerici, milites et laici fide digni. Actum in prefata S. Paulini ecclesia hora noctis quasi tertia et datum Treveris anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, die ix mensis Novembbris. Subjicitur in prima apographi facie duplex hinc atque inde sigilli penduli locus : in altero vero haec leguntur : Ego magister Wenceslaus Adalbertus Calisius SS. Theologie baccalaureus formatus canonicus Octobris Tomus III.*

Vetero-Boleslaviensis et decanus regiae capellæ Carelsteinensis attestor ita omnia omnino in thesauro dictæ ecclesiæ inventuri et asservari... In fidem horum propria manu et sigillo mei decanatus munivi. Actum in decanatu Carelsteinensi xxx Octobris MCLXII. *Ad latera sigilli alia manu scriptum legitur* : Idem, qui supra dñs. *Denique a tergo apographi, eadem, qua illud, manu scripta leguntur haec* : Exemplar litterarum super corpus S. Palmati, archiepiscopi et capituli Treverensis Boemundi ad Carolum IV datum. Habentur et venerantur in Castro Carelstein una cum corpore. Templum ejusdem Sancti similiter cernitur ibidem (*alia manu addita haec vox est*) ad aquas seu flumen, quod dicitur Misa.

*7 Porro ex verbis tum Pessinæ, num. 3 relatis, tum ex iis, que proxime ex donationis apographo descripsimus, Carolus IV in conditam a se (tribus circa milliaribus Praga distal versus Austro-Occidentem) arcem non modo S. Palmati reliquias intulit, sed et templum ejusdem sancti Martyris honori ibidem excitavit. Balbinus decadisi Miscellanearum Historicorum regni Bohemiæ lib. iii, cap. 8, § 3 postquam dixit,*

*S. Palmati Trevirensis martyris caput aliasque reliquias in sacello S. Catharinæ in arce Carelsteinensi servari, hec addit : Cujus templum est cis fluvium sub arce. Sic ille : at Enumerationem reliquiarum a Carolo IV Pragam allatarum, jam inde ab anno 1368, ut appareat, confectam habenus, cujus exemplar a P. Theodoro Moreto ad Majores nostros anno 1462 transmissum fuit, in qua ad diem x Maii haec habentur : Eodem die S. Palmati martyris consulis, qui decollatus est una cum uxore et filiis et aliis promiscui sexus xxxii, cum quibus et Simplicius senator passus est. Hujus S. Palmati reliquias idem Carolus attulit ad castrum suum Carelstein, ubi sub eodem castro in honorem ejusdem Sancti fundavit parochiale ecclesiam. En alium Palmatum, eu id templum dedicatum fuerit. Palmati Romani martyris reliquias Carolum IV Roma attulisse, ac in arce Carelsteinensi etiam reponuisse, non dubium est ; at huicne, an Palatio Trevirensi templum Carolus condidit ? Verosimiliter Enumerationis citata auctor, ut ut rei gestæ æqualis, nominum æquivocatione deceptus fuit. Etenim neque Balbinum, qui sua a Societatis nostræ sacerdote, annis nullis in arce Carelsteinensi versato, accepit ; neque Calisium, Carelsteinensem decanum ; neque Pessinam, cum scriberbat Phosphorum, S. Viti decanum, et memoratæ Enumerationis, cujus partim pag. 453, partim sequentis initio meminit, probe concium, hoc in puncto alter, ac Enumerationis auctor, sine causa sensisse verosimile est, ac diem illius templi patrono sacrum ignorasse.*

*8 Sed et altera ex eadem duorum illorum uti et de illis, Sanctorum homonymia oritur quæstio : Cardosus in Hagiology Lusitano, anno 1666 Ulyssipone impresso, ad diem x Maii S. Palmatum memorat, cujus caput Conimbricæ in ecclesia canonicorum Regularium S. Crucis dudum in honore et veneratione fuisse scribit ; in Annotatis autem addit, canonicos, S. Palmati, cujus caput possident, memoriam quotannis recolare die v Octobris, qui dies, utpote Palatio Trevirensi sacer, hunc, non martyrem Romanum diem x Maii cultum, videtur indicare. Secus tamen Cardosus sentit ; tum quod in libro reliquiarum typis edito (intelligit verosimiliter Opusculum Gasparis dos Reis de codem argumento anno 1396 conscriptum) pag. 416*

3 (michi)

AUCTORE  
J. B.

(michi 126) de S. Palmatio legantur hi versus :  
Macte animo dignus Romani sanguinis haeres,  
Jure tibi subdit Martia Roma caput.  
Ast ubi devicta Victoria nobilis hoste,  
Palmaci? an vinci est inclita palma tibi?

tum quod in Officiis canoniconum tunc recens im-

pressis ad diem v Octobris legatur : In festo S. Pal-

macci Romani consulis et sociorum martyrum

duplex. Cetera, quæ addit Cardosus, parum ro-

boris habent. Censem itaque, S. Crucis canonibas,

quod Palmatium ad diem v Octobris Martyrolo-

gio Romano inscriptum videntur, diem martyri

Trevirensi sacram, martyri Romano per errorem

applicuisse.

que in Lusi-  
taniam

9 Henschenius vero tom. II Maii pag. 845 et  
seq. errorem hic aliquem canonicos obrepisse  
fatetur, vel antiquioribus, qui diem Trevirensi  
proprium Romano martyri assignarint, vel recentioribus,  
quibus pro Trevirensi Romanus martyr  
arriserit : sed utris, propterea non definit, quod  
translationis monumenta, quibus pateat, sitne  
Roma, an Treviris caput illud Conimbricam  
allatum, desiderentur : credere tamen mavult, id  
fecisse antiquiores, quia caput illud Treviris ac-  
cepérant; et errorem recentioribus adscribere.  
Idque eo, inquit, probabilius censeo, quod Trevi-  
rensis Palmatius non inveniatur adscriptus  
Martyrologio Uuardi, quale ex Gallia in Italiani  
atque Hispaniam transiit; adeoque non potuer-  
unt errandi occasionem acceperisse ex Romano  
hodierno, quod nondum erat, quodque Baroni-  
nius hac parte auxit ex Molano, interpolatum in  
hac nostra Inferiori Germania exemplum secuto.

## DE S. CHARITINA VIRG. MART.

FORTE AMISI IN PONTO

J. G.

### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sanctæ ab homonyma martyre distinctio : ejus elogia in  
Ecclesiasticis Fastis : martyrii palæstra et tempus :  
Actorum fides.

C  
PROBABILITY  
ANNO CCCIV.  
S. Charitina,  
qua ab alia,  
iv Septembri  
annuntiata,  
diversa est,

**I**llustrem Christi martyrem Charitinam, quam omnes Fasti  
Greci et recentiores guidam La-  
tini hoc die annuntiant, a Char-  
titina martyre, quæ in Menolo-  
gio Sirletiano die iv Septembri  
celebratur, omnino diversam esse, ipsa temporum  
ratio, quibus utraque passa est, manifestum reddit.  
Nostra quippe, ut communis consensu monumentum  
Graco vel expresse vel tacite perhibent, sub Dio-  
cletiano imperatore, atque adeo vel exente se-  
culo iii, vel probabilius inchoato saeculo iv, martyrii  
palmam retulit; altera autem sub Adriano  
imperatore, ac pro in ante medium saeculum ii martyrio  
coronata est. Utrum vero Charitina nostra  
diversa etiam ab ea sit, quæ xv Januarii in Basili-  
iano et Sirletiano Menologio refertur, haud ita  
primo aspectu liquet. Distinctam esse, haec sudare  
possent, quod Martyris nostræ certamen die v Octo-  
bris, illius vero die xv Januarii ibidem signetur,  
quodque nostra Claudi cujusdam, illa Claudiani,  
Christianum hominis, serva fuisse, nostra sub Domi-  
tio comite, illa sub Domitiano comite pro Chri-  
stiana fide acerbissime cruciata fuisse, dicatur.  
Nihilominus tamen decessoribus nostris Bollandio

40 Henschenianæ sententia faveit solennis exce-  
picio reliquiarum, anno 1595 in Conimbricensi  
S. Crucis-canonicorum Regularium monasterio  
facta, eodemque anno a Gaspare dos Reis de Leyria  
Lusitano idiomate exarata typisque vulgata : cum  
enim, si non Treviris, saltem e Germaniæ partibus  
in Lusitaniam dictas reliquias allatæ illie § 1 di-  
cantur; verosimilius est, accensitas illis S. Palm-  
ati reliquias, Trevirensis Martyrías, quam  
Romani fuisse; sed Romani elogium Trevirensi,  
minus sibi nota, jam tunc applicuisse S. Crucis  
canonicos. Henschenius item eadem de causa faverit  
versus hi, qui apud citatum Gasparem pag. 436  
versa leguntur :

Quæritis externis Divum cur sancta penates?  
Dicite, Cur proprias linquitis ossa domos?  
Impia nos nudum Germania spreverat, ipsum  
Nulla etiam tractans religione Deum.

At quia\* Christiadum haud aliis mansistis in oris? \* lege cur  
Non, qui nos colerent tam reverenter,  
erant.

Porro si Trevirensis Palmatii caput possideant  
Conimbricenses, certe non integrum possident, ut  
ex dictis de reliquis illius Prague et Corlesteina  
servatis liquet. Sed et anno 1588 S. Palmatii e  
Germania (atque adeo verisimilius S. Palmatii  
Trevirensis) in Lusitaniam allatas reliquias domus  
nostræ professa Ulyssiponensis dono Joannis  
Borgiæ, Philippi II regis Catholici ad Rodolphum  
II imperatorem legati, acceptas solenni  
pompa in templo S. Rochi collocavit, ut ex im-  
pressa eodem anno exceptionis Lusitana relatione  
pariter discimus.

et Henschenio die xv Januarii in Prætermisis F  
eadem visa est sancta Martyr, quæ præfato, quæ  
que hodierno die in memoratis jam mox Menologis  
commemoratur. Eamdem tenuisse opinionem Car-  
dinalem Baronum, idcirco existimo, quod Charitinam,  
in Menologio illis die xv Januarii et  
v Octobris relatam, ipse non priori die, sed v Octo-  
bris dumtaxat in Romano Martyrologio annun-  
tiari; quod certe facturus non fuisset eruditissi-  
mus Martyrologii concinnator, nisi eamdem esse  
Martyrem credidisset, quæ diversi hisce diebus  
in utroque illo Menologio celebratur.

2 Et vero, praterquam quod eodem Sanctos  
diversis diebus non infrequenter memorent Basili-  
lianum Sirletianumque Martyrologia, prout exem-  
plis ostendi variis posset, tam exigua est inter  
Claudii et Claudiani atque inter Domitii et Domi-  
tiani nomina discrepantia, ut, etiamsi hæc pri-  
mitus compendiarii notis, ut factum fortasse est,  
conscripta non fuissent, librariorum seu incuria  
seu festinatione unum pro alio exarari facile po-  
tuerit. Mithi quidem tantum non est qualemque  
illud nominum discrimen, ut idcirco Charitinam  
nostram ab ea, quæ xv Januarii in geminis illis  
Fastis memoratur, diversam statuere ausim, cum  
eadem tamen, ut videtur,  
cum illa, que  
xv Januarii  
aliqui me-  
moratur,  
nempe